

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 9. Quale peccatum committit ille, qui mutat aliquid in eorum materia
aut forma?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

30 · T R A C T A T U S I.

let utique ad eorum consecrationem , quia ipsi respondere non possunt . At si pro eo qui respondere potest , alius respondeat , non itidem valet . In eodem ipso loco unde desumitur objectio , sanctus Augustinus ait . Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia Dei , ut per ipsum credentem , offerentem , benedicentem , tingentem , etiam tantillum , mundet infan- tem , quamvis nondum valentem corde crede- re ad iustitiam ex ore confiteri ad salutem :

In 6. p. Bre-
viloq. cap. 7.
De iniquitate
Bap. ism.

Quoniam , ut ait sanctus Bonaventura , Ori- ginalis peccatum trahitur aliunde , ex parvu- lum facit concupisibilem , ex adultum adtu- concupiscentem ; necessaria est adulto fides propria ex penitentia , sed parvulo sufficit alia , que scilicet est in universalis Ecclesia .

Responderi etiam potest , sanctum Augusti- num nihil aliud velle , quam sonum exterio- rem verborum , nos habere vim physicam la- vandi animam , sed solum quia verbum est continens mysterium , quod est objectum fidei Ecclesiae .

Quast. 9. Quale peccatum committit ille qui mutat aliquid in materia aut forma Sacra- mentorum ?

Cap. 4. Deu-
ter.

Resp. Committit peccatum ex natura sua mortale . Quod quidem primò probatur auto- ritate Scripturæ sacræ ; dicitur enim in Deute- ronomio , Non addatis ad verbum quod vobis loquor , nec auferatis ab eo : Unde licet colli- gere à fortiori , non licere quidquam mutare , in materia vel forma Sacramentorum , quo- niam verba Scripturæ sacræ adhibentur ad significandam non tantum voluntatem divi- nam , verum etiam ad sanctificandas animas nostras . Id etiam confirmatur auctoritate sancti Basili , qui ait : Ille à gratia excidit , sancto cap. II . qui addit aut detrabit ad verba prescripta in

s. Basili. lib.
de spiritu-
sancto cap. II.

De Sacramentis. Cap. VI. . 31

Sacramento Baptismi : Unde concludere licet, illum peccare mortaliter, qui mutat quidquam in materia vel forma Sacramentorum, quoniam à gratia Dei nullus excidit, nisi propter peccatum mortale.

Quæst. 10. Utrum ignorantia excusat eum à peccato, qui mutaret aut omitteret aliquid in materia vel forma Sacramentorum?

Resp. Cùm secundum Divum Thomam, Ignorantia voluntaria dicatur ejus quod quis D. Tho. 1, 2, potest scire & debet, eaque non excusat à peccato; cùmque Presbyteri teneantur scire quidquid præscriptum est in materia & forma Sacramentorum; si mutationem aliquam notabilem per ignorantiam facerent (licet ea forent tantum accidentalis) in materia vel forma Sacramentorum, non forent immunes à gravi peccato.

C A P U T VI.

De Ministro Sacramentorum.

Quæst. 1. **S**ANCTITAS Ministri, est-ne necessaria ad validitatem Sacra-menti?

Resp. Nequaquam: *Si inter bonos Ministros,* Can. *Si inter-* ait Divus Augustinus relatus in Canone, *cum De Consecr-
fit aliis alio melior, non est melior Baptis-
mus qui per meliorem datur; nullo modo est
malus qui etiam per malum datur, quando
idem Baptismus datur. Et ideo per Ministros
dispares Dei munus aequale est, quia non illo-
rum, sed ejus est: Id est Jesu-Christi à quo
Sacraenta suam habent vim, non vero à
Ministro, qui ejus tantum instrumentum est.*

Et Concilium Tridentinum ait: *Si quis di-* Sess. 7, Can.
B iiiij 134